

Francisco Suárez, S. J.
DE ANGELIS LIB. VII, CAP. 6

*Utrum omne peccatum voluntatis defectum aliquem in intellectu practico supponat.*¹

1. *Habitualis defectus intellectus non necessario ad peccandum supponitur.—Defectus actualis multipliciter sumitur.—*Sicut in intellectu speculativo positum, et privativum, habitualement, et actualem defectum distinximus: ita in intellectu practico distinguere potest, ut notum est. Suppono autem in praesenti non esse sermonem de habituali defectu, quia sine dubio ille non necessario supponitur ad peccatum. Nam primus homo antequam peccaret perfectissimus erat habitualiter, non tantum in speculativo intellectu, sed etiam in practico per prudentiam, et alios habitus illi annexos, et idem in Angelis certius est; imo in hominibus mortalibus saepe id contingit. Et ratio est, quia habitualis perfectio si non exeat in actum, non movet voluntatem, et ita non potest illam impedire, ne peccet. Defectus autem actualis intellectus practici, si sit privativus, consistit in carentia alicujus actus intellectus necessarii ad bene operandum, vel resistendum peccato. Datur in homine honeste operante, seu resistente tentationi iudicium practicum dictans hic et nunc, quid voluntate agere oporteat: praeter quod iudicium aliqui distinguunt imperium practicum, quod posterius sit ipso iudicio practico, et efficacius ad movendam voluntatem. Et ita duplex cogitari potest defectus privatus practici intellectus, unus est carentia solius imperii, etiamsi supponatur practicum iudicium, alius est carentia iudicii practici: quo deficiente, a fortiori deficiet imperium, sive sit actus distinctus, sive non. Defectus autem positivus erit aliquis error per practicum iudicium contrarium. Hic autem error subdistingui solet in errorem deceptionis, qui sit contrarius veritati rei, et in errorem moris, seu electionis, aut de re agenda, contrarium quidem

Whether every sin of the will presupposes some defect in the practical intellect.

1. *It is not necessary to presuppose a habitual defect of intellect for sinning.— An actual defect is taken in multiple ways.—*

rectitudini morum, non tamen veritati rei, et de his omnibus sunt opiniones, quæ sigillatim tractandæ sunt.

2. *Prima opinio requirit ad peccandum solum defectum imperii practici honesti.*—Prima opinio dicit, ad omne peccatum supponi defectum imperii practici honesti, nullumque alium defectum esse necessarium. Distinguit enim hæc sententia imperium a practico iudicio, dicitque etiamsi intellectus habeat iudicium practicum de turpitudine peccati, et de honestate contrarii actus, vel omissionis ejus, si tamen careat imperio continente voluntatem a malo, vel jubente, ut bonum velit, posse voluntatem peccare, si ergo intellectus habeat tale imperium, minime posse voluntatem resistere, ideoque saltem hunc defectum imperii necessarium esse ad peccandum, eumque sufficere. Hanc sententiam docuit Aureolus, in 2, dist. 4, art. 3, hunc solum defectum intellectus, admit- tens in Angelis pro illo instanti, in quo peccaverunt; eandemque sententiam approbat Capreolus in 3, dist. 36, ad 1 Scoti contra 1 conclusionem, in fine, ubi ait, neminem peccare contra actuale imperium prudentiæ, et ideo defectum, sed hujus imperii semper ad peccandum supponi, ille vero non solum hunc defectum, sed etiam defectum iudicii in particulari prærequirit, de quo paulo post dicam. Cajetanus vero 1, 2, q. 77, a. 2, licet prius dicat sæpe concurrere defectum iudicii in particulari, et præcepti, nihilominus addit, defectum imperii sufficere, etiamsi in iudicio particulari nullus sit defectus. Et idem fere sentit Conradus, dicta q. 77, art. 2, præcipue in Notab. penult., circa corpus articuli, et Valentia, dicta q. 8, de Peccatis, part. 1 et 2, et favet Aristoteles, locis supra citatis. Ex quo præcipuum sumitur fundamentum: quia stante actu perfecto prudentiæ, non potest simul voluntas peccare, sed propriissimus, et perfectissimus actus prudentiæ est imperium actus honesti, et contrarii peccato; ergo. Major est Aristotelis, dict. lib. 6 Ethicor., c. 3, ubi absurdum esse putat, simul aliquem prudenter judicare, et intemperate agere. Et ideo D. Thomas, in 1, 2, quæst. 59, art. 5 et q. 65, art. 1, dicit, prudentiam esse non posse sine virtutibus moralibus: et prudentiæ opponi, qui volens peccat, quod refert Aristoteles, l. 6 Ethicor., cap. 9. Minor etiam est Aristotelis, lib. 6 Ethicor., cap. 10, 11, ubi ait, prudentiam esse præceptivam, quod late docet, et probat D. Thomas 2, 2, quæst. 47, art. 8.

3. *Hæc sententia impugnatur.—Efficaci dilemmate ostendi-*

3. *This view is attacked.—It is shown by an effective dilemma.—Neverthe-*

tur.—Nihilominus hæc sententia quatenus distinguit iudicium practicum, et particulare ab imperio, et hunc defectum ponit in carentia imperii prudentis, potius quam iudicii, nobis probari non potest. Primo, quia nullum censemus in intellectu esse imperium, quod non sit iudicium, quod in materia de Legibus, et de Oratione a nobis tactum est, et ex professo dicturi sumus in 1, 2, tomo 1 (si Deus vitam concesserit). Ratio autem in summa est, quia intellectus essentiali- <col. b> ter est cognoscitiva potentia, et ideo nullum habet actum, qui non sit cognitio, vel per modum apprehensionis, vel per modum iudicii, quæ ratio ex sequenti magis confirmabitur. Secundo igitur argumentor, quia si actus iudicii practici, et imperii, distincti sunt, vel ad peccandum non potest magis necessarius esse defectus imperii prudentis, quam iudicii, vel non potest intelligi quomodo ad volendum, vel eligendum sit necessarius actus imperii distinctus a iudicio. Probat, quia positio iudicio prudentiali de objecte, et actu particulari cum omnibus determinatis circumstantiis ejus, vel sequitur necessario imperium prudentiæ: vel non ex necessitate sequitur. Si primum dicatur, sequitur manifeste pars nostri dilemmatis, scilicet, quod non poterit procedere ad peccatum defectus imperii, quin præcedat defectus iudicii: quia si positio iudicio necessario sequitur imperium; ergo non potest deesse imperium, quin supponatur defectus iudicii: quia si causa necessario infert effectum, carentia effectus causæ absentiam necessario supponit. Ergo frustra dicitur, stante iudicio particulari recto sine imperio posse peccatum committi. Et hinc etiam intelligitur frustra illos actus distingui, quia si iudicium necessario infert imperium, imperium etiam non potest sine præcedenti iudicio, quia non præcipitur prudenter, nisi quod prudenter iudicatur; ergo isti duo actus semper sese comitantur; ergo frustra distinguuntur, quia solum requiruntur ad movendam voluntatem per applicationem objecti, quæ per iudicium particulare sufficientissime fit.

4. *Secunda dilemmatis pars ostenditur.*—Si vero dicatur, imperium supponere quidem iudicium, sed non ex illo necessario sequi, ac proinde posse rectum esse iudicium, et cum illo posse esse peccatum ex defectu imperii: contra hoc instatur ex alia parte nostri dilemmatis, quia intelligi non potest, quomodo tale imperium ad volendum necessarium sit. Quia si imperium non sequitur nec-

less, this view cannot be proven to us, insofar as it distinguishes practical judgement, even a particular one, from command and places this defect in the absence of a prudent command rather than [in the absence of such] a judgement. First, because we think that nothing in the intellect is a command that is not a judgement, which we touched on in the works *On Laws* and *On Prayer* and which we will soon discuss *ex professo* in IaIIæ, vol. 1 (if God will have granted life). But the main reason is because the intellect is essentially a cognoscitive power and therefore has no act which is not a cognition, either in the mode of apprehension or in the mode of judgement. This argument will be further confirmed from what follows. Therefore, I argue, secondly, for if the acts of practical judgement and of command are distinct, then either a defect of prudent command cannot be more necessary for sinning than a defect of judgement or it is unintelligible in what way an act of command distinct from judgement is necessary for willing or electing. ...

essario ex iudicio; ergo sequitur voluntarie, ac libere; ergo mediante aliquo actu libero voluntatis; ergo vel ad illum actum est necessarium aliud imperium, et sic procedetur in infinitum: vel non est ad illam voluntatem necessarium imperium, sed iudicium sufficit. Et tunc sequitur, imprimis esse impertinens, et superfluum tale imperium ad electionem faciendam, tum quia non est major necessitas illius pro ipsa electione, quam pro voluntate, ut impereur electio: tum etiam, quia si voluntas, posito <827> iudicio, potest intellectum applicare, ut sibi imperet electionem facilius, poterit ipsam immediate ad electionem medii iudicati applicare. Deinde sequitur, defectum imperii supponere defectum voluntatis non applicantis intellectum ad imperandum, quod honestum est, qui defectus voluntatis non supponit priorem defectum intellectus. At ita verum non est, peccatum voluntatis habere primam originem in defectum intellectus, quia revera non habet illam, nisi in ipsa voluntate. Imo tunc ille defectus non erit in voluntate sine aliqua culpa.

5. *Responsio ex Aureolo ad factum dilemma.*—Ad hunc discursum virtute respondet Aureolus supra, constituendo discrimen inter iudicium practicum, et imperium, quod iudicium practicum, quod enuntiativum appellat, et per hæc verba explicat, faciendum est, hoc sequitur naturam rei, et discursum syllogisticum ex certis præmissis inferentem, hoc esse agibile, vel agendum; imperium vero, quod hac voce explicatur, *fac hoc*, non sequitur ex natura rei; neque ex vi discursus, sed ex determinatione liberi arbitrii, quod non tantum intellectum, sed etiam voluntatem includit. Et ita consequenter dicit, imperium esse ab utraque potentia simul; quomodo autem ab illis sit, satis obscure explicat, dicens: Quod liberum arbitrium movet se ad imperium, illud autem movens includit duo, libertatem, scilicet, quæ tenet se ex parte voluntatis, et arbitrium, quod se tenet ex parte intellectus: *Unde intellectus (ait) representat proportionem aliquam voluntati enuntiative tantum: voluntas vero ex libertate sua determinat illam imperando: et tunc notitia illa facta est primo imperativa, et movet voluntatem ad electionem, et sic voluntas movet se primo ad determinationem, et imperium intellectus, et mediante illo movet se ad volendum, volitionemve.* Unde inferius addit: *voluntatem non determinare intellectum ad imperium mediante volitione, quia volitio est posterior*

tali determinatione, sed illam determinationem esse a voluntate, ut est actus primus immediate, absque aliquo passive recepto in voluntate. Quod infra magis declarans ait: notitiam enuntiativam, ut præcedit in intellectu esse indifferentem ad rationem imperativi, sed voluntate copulante se, facit eam esse primo determinatam, et imperativam, ac moventem voluntatem ipsam ad electionem, seu aliam volitionem determinatam.

6. *Hæc responsio rejicitur.—Ut occurrat Aureolus.*—Hæc vero responsio, et doctrina multa continet, quæ nec probari, nec satis intelligi possunt, et licet admittantur, difficultatem non evacuant. Et primo invenitur inconstantia, et perplexitas quædam in illo discursu. Nam prius dixerat Aureolus, in intellectu pratico esse duos actus, unum enuntiativum, quo intellectus dicit, hoc esse faciendum, vel esse agibile: alium imperativum, quo intellectus dicit, *fac hoc*. Postea vero dicit, *quod notitia indicativa priusquam illi adjungatur voluntas, est indifferens ad rationem imperative actus, et voluntate copulante se, facere eandem notitiam esse determinatam, et imperativam*. Hæc autem repugnantia esse videntur, quia ex duobus actibus intellectus non fit unus, neque unus eorum fit alius: si ergo iudicium, et imperium sunt actus distincti, nunquam iudicium fit imperium, nec per adjunctionem illam voluntatis ipsum iudicium fiet imperium, nec accipiet vim movendi voluntatem. Deinde interrogo, quomodo voluntas copuletur intellectui, ut illum, ejusve notitiam determinet, ut fiat imperium. Nam voluntas non potest libere copulari intellectui formaliter, ac per seipsam, ut per se notum videtur: nec, etiam copulatur active, et libere, quia priusquam intellectus imperet, nihil vult voluntas (ut ille auctor supponit). Ad hoc vero dicere videtur Aureolus, voluntatem copulari intellectui active, agendo in intellectu actum imperii, vel modum aliquem, aut quidquid illud est, quod iudicium practicum, seu notitia indicativa (idem enim sunt) fit, seu determinatur ad esse imperativum, et accipit vim movendi voluntatem. Unde juxta mentem illius auctoris, licet imperium dicatur actus intellectus: quia in eo recipitur, non tamen ab eo elicitur; et e contrario voluntas est principium activum illius actus, seu modi, tamen per illum passive non afficitur, neque immutatur, sed illum efficit in intellectu, imo indicat Aureolus, voluntatem immediate facere illum in ipsa notitia enuntiativa intellectus. Sic enim ait:

Sic voluntas determinat illam notitiam, quod illa (id est, voluntas) *in se non determinatur ad hoc passive, sed prima determinatio passiva est in tali notitia sic determinata.* Et infra hunc ponit ordinem: *Quod intellectus primo habet notitiam enuntiativam, id est, iudicium practicum. Secundo voluntas per suum imperium, et libertatem facit, illam notitiam esse determinatam, ultimam, et imperativam, et hic adhuc nihil subjective receptum est in voluntate. Et tertio sequitur determinatio voluntatis.* Quocirca quod dixerat, iudicium, et imperium esse duos actus intellectus, intelligere videtur, esse <828> duos non omnino condistinctos, sed tanquam includentem, et inclusum, quia ipsum iudicium sit imperium per aliquid ei additum a voluntate, et consequenter utrumque esse intellectus subjective, non vero active saltem quoad totum id, quod includit imperium.

7. *Multipliciter ostenditur non satis occurrere.*—Sed in hac declaratione plura includuntur, quæ mihi quidem nova et absurda, et sine fundamento, vel necessitate dicta videntur. Unum est, quod voluntas creata habeat aliquam efficientiam et determinationem liberam sine volitione libera, et sine aliqua mutatione, quam in seipsa faciat. Hoc planum est ex dictis illius auctoris. Nam iudicium practicum non determinat voluntatem; sed illud est indifferens ad rationem imperii, et voluntas etiam illo posito manet indifferens, ut determinet, vel non determinet intellectum, et postea libere determinat iudicium intellectus ad rationem imperii efficiendo libere aliquid in intellectu, et nihil in se recipiendo; ergo habet voluntas determinationem liberam sine volitione libera: quia si volitionem liberam haberet, illam in se reciperet. Quod autem hoc sit novum, patet, quia omnes theologi docent, determinationem liberam voluntatis creatæ esse in ipsa voluntate. Item quod aliter id fieri non possit, probatur, quia si voluntas aliquid libere facit, voluntarie facit; ergo vult illud facere, et voleado determinat, se ad illud faciendum; ergo repugnat libere facere, et non recipere, et facere in se voluntatem libere faciendi. Confirmatur, ac declaratur: quia propter hanc rationem docent theologi, actiones, quæ libere fiunt ab aliis potentiis hominis extra voluntatem, ab ipsa voluntate volente illas procedere, seu imperari oportere, quia non possunt aliunde habere voluntariam ac liberam determinationem; ergo multo magis, quando voluntas determinat seipsam ad aliquid

agendum, necesse est, ut volendo se determinet libere. Et ideo alia potentia subjiciuntur liberae motioni voluntatis, ipsa autem sola seipsam libere movet; sicut autem alias non determinat ad agendum, nisi volendo: ita nec seipsam ad liberam efficientiam determinare potest, nisi volendo.

8. Alterum absurdum illius sententiae est, quia ponit voluntatem efficere in intellectu actum imperii, seu illud (quidquid est) quod iudicium in se imperii constituit. Nullus enim tribuit voluntati aliquam efficientiam in intellectu immediatam, et quasi elicivam, immediate, et per se efficiendo in intellectu actum in ipso receptum, sed tantum efficientiam receptam, et applicativam potentiae ad elicendum suum actum, quae motio fit tantum volendo, et per sympathiam potentiarum, ut philosophi docent. Alioqui sequitur actum imperii, ut talis est, non esse actum elicivum, neque vitalem: quia nec est vitalis voluntati: quia in ipsa non recipitur, nec per ipsum aliquid vult, nec etiam est vitalis intellectui, quia ab ipso non fit. Tertio invenitur in illo dicendi modo, quidam circuitus gratis compositus. Nam illa sententia supponit intellectum non habere vim movendi active voluntatem, determinando efficaciter illam per imperium: et ideo dicit voluntatem active dare actui intellectus, scilicet, iudicio hanc vim, constituendo illum in ratione imperii, vel efficiendo in intellectu ipsum imperium, quo determinet voluntatem. At hoc superfluum est: nam facilius creditur, et intelligitur, voluntatem libere determinare seipsam ad volendum sufficienter proposito objecto per iudicium. Nam id, quod voluntas dicitur facere in intellectu, vel in ejus iudicio, non pertinet ad cognitionem objecti amandi, nec auget illam; ergo ex parte objecti non confert ad motionem passivam voluntatis, quatenus ab intellectu esse potest; quia intellectus per se non movet voluntatem, nisi ex parte objecti: ergo ut voluntas efficaciter applicetur ad volendum, vel eligendum, superfluum est ille circuitus, scilicet, ut id faciat dando intellectui aliquid, per quod ab illo determinetur. Maxime cum prius necessarium sit, ipsam voluntatem libere determinari ad id efficiendum in intellectu, quod non potest facere, nisi libere volendo, ut probavi. Praeterquam quod intelligibile non est, quid sit illud, quod voluntas efficit in intellectu: vel quomodo intellectus capax illius sit, cum neque ab ipso eliciatur, neque ad cognitionem aliquid condu-

cat.

9. Ultimo juxta illam sententiam defectus voluntatis non refunditur in defectum intellectus: sed potius ex defectu voluntatis defectus in intellectu provenit. Nam licet intellectus consideret et judicet, quantum potest, tam in universali, quam in particulari, et tam speculative, quam practice, nihilominus imperare non potest, nisi voluntas illum determinet: ergo si intellectus deficit in imperando, quod honestum est, non ex se habet talem defectum, sed ex voluntate, quæ illum non determinat ad imperandum, vel potius non facit imperium in illo: ergo talis defectus privativus ex omissione voluntatis habet originem. Idemque erit de defectu positivo, si in intellectu considera- <829> tur positivus actus imperium volendi, vel faciendi, quod non expedit: qui actus imperfectus est, et defectus positivus intellectus dici potest. Verumtamen intellectus nunquam hoc posset determinate præcipere, nisi a voluntate determinaretur libere: ergo ab hac libera determinatione voluntatis incipit ejus defectus, et in illam ultimo resolvendus est; non in defectum intellectus. Hæc ergo sententia de defectu solius imperii probanda non est. De fundamento autem ejus dicemus in puncto sequenti, quia est utrique commune: nam imperium, quod vere ponitur esse proprius actus prudentiæ, non est nisi rectum judicium practicum in materia morali, ut mox dicemus.

10. *Secunda opinio ad peccatum requirit solum defectum judicii practici.*—Est ergo secunda opinio dicens neminem peccare, nisi præcedat in intellectu saltem carentia judicii practici, quo intellectus consideret, quid secundum rectam rationem hic et nunc agere expediat, vel agendum sit, ac proinde saltem hunc defectum, et inconsiderationem esse necessariam, ut voluntas possit peccare. Hanc sententiam videtur maxime probare Capreolus, quem sequitur Conradus. Et secundum illam interpretantur Aristotelem, et illam vulgarem propositionem, *Omnis peccans est ignorans*, ab illo sumptam in 3 Ethicor. Et hanc sententiam videtur tradere D. Thomas, q. 1, de Virtut. in communi, art. 6, ad 1, ubi ait: *Ad prudentiam pertinere, judicare de singulis agibilibus, prout sunt nunc agenda, et hoc judicium corrumpi per quodlibet peccatum, et ideo prudentia manente, neminem peccare*: ergo ex sententia D. Thomæ omne peccatum supponit carentiam judicii practici. Et hoc modo tacite exponit, quod in aliis locis cum Aristotele dicit, hominem

peccantem agere posse contra universalem scientiam actualem, id est, contra iudicium de agendis in universali, non tamen in particulari. Et specialiter, quæst. 24, de Veritat., art. 9, ait: *Judicium rationis in universali quandoque esse contrarium appetitui. Sed iudicium de hoc particulari operabili, ut nunc, nunquam posse esse contrariam appetitui.*

11. *Probat.*—Fundamentum hujus sententiæ est: quia voluntas non movetur, nisi mota a ratione: ergo si ratio actu, et in particulari, ac practice dictat hoc esse vitandum, fieri non potest, ut voluntas illud non eligat: ergo e contrario, quoties voluntas eligit, quod vitandum esset, semper supponit in intellectu carentiam illius dictaminis, seu iudicii. Secundo, quia impossibile est, intellectum simul habere opposita iudicii, sed quando voluntas eligit aliquid turpe, intellectus iudicat, hic et nunc illud esse appetendum: ergo impossibile est, ut simul iudicet, illud esse vitandum: ergo necesse est, ut qui peccat, careat illo iudicio pratico de tali actu vitando, vel contrario faciendo. Tertio hic maxime urget ratio Aristotelis supra tacta: quia vitiosus non potest esse prudens, servata proportione, id est, vitiosum habitualiter non posse esse habitualiter prudentem, nec peccantem actualiter habere posse actualiter dictamen, seu iudicium prudentiæ: quia prudentia connexionem habet cum virtute morali, ut supra tactum est: ergo necesse est, ut is, qui actu peccat, careat tunc actu prudentiæ, qui est practicum iudicium de re agenda.

12. *Astruitur contra præcedentem sententiam non præcedere necessario in peccando prædicti iudicii carentiam.*—Hæc vero sententia non placuit Scoto, Ochamo, et aliis, quos supra retulimus: putant enim stante pleno iudicio pratico cum integra consideratione actus, et objecti, ac circumstantiarum ejus in particulari posse voluntatem peccare. Et hoc sequuntur Corduba, Valentia, Molina, et multi alii moderni. Et potest suaderi hæc opinio rationibus, quibus in duobus capitibus præcedentibus probavimus, stante in intellectu scientia actuali, non solum in universali, sed etiam in particulari posse voluntatem peccare. Primo quidem, quia actualis scientia particularis non habetur nisi per cognitionem, considerationem, et iudicium de honestate, quam talis actus hic et nunc eligendus, vel vitandus habet tam ex objecto, quam ex circumstantiis. Sed iudicium de actu sic considerato est iudicium practicum quan-

tum moraliter esse potest: ergo si voluntas potest deficere stante practica consideratione in particulari, et in actu, etiam poterit peccare stante dicto iudicio practico, ac subinde defectus, seu carentia talis iudicii non erit ad peccandum necessaria. Consequentia nota est: et major supra est probata. Minor ergo probatur, quia non datur in intellectu actus imperii distinctus ab omni iudicio practico et morali, ac particulari, ut contra præcedentem opinionem probatum est. Ergo ex parte intellectus non potest dari iudicium particulare magis practicum, quam sit illud, quod est de particulari opere cum omnibus peculiaribus circumstantiis ejus, nimirum, iudicando, quid agere oporteat secundum rectam rationem omnibus circumstantiis, et objecto plene consideratis.

13. *Progreditur probatio.*—Probatur consequentia, quia vel illud iudicium, quod dicitur omnino practicum, addit aliquid supra iudicium particulare speculativum ex parte rei cognitæ, vel ex parte ipsius actus, seu modi, quo fit. Non primum, quia posuimus, intellectum speculativum omnia in particulari considerasse, et cognovisse. At vero ultra omnia, nihil relinquitur denuo cognoscendum per iudicium practicum. Nec etiam secundum dici potest, quia, seclusa distinctione, seu additione imperii ultra iudicium practicum, in ipso practico iudicio nullus modus intelligi potest, nisi vel compositionis: aut simplicitatis intentionis, aut remissionis, vel alii similes, qui etiam in iudicio speculative inveniuntur. Ergo considerando iudicium illud, quatenus cognitio quædam, et consideratio intellectus, nulla distinctio inter iudicium particulare, speculativum, et practicum invenitur. Sed ad summum idem iudicium particulare de objecto operabili, seu de operatione singulari cum omnibus ejus circumstantiis sub diversis respectibus poterit dici speculativus, et practicus, scilicet, speculativus, quatenus veritatem quamdam contemplatur, practicus vero quatenus de se ad opus inducit: vel certe ut secundum se spectatus, et ut pure intellectualis est, dicatur speculativus; quatenus vero a tali, vel tali intentione voluntatis procedit, dicatur practicus: quia ut sic habet efficacitatem in movendo ad opus, ut dixi, et statim amplius explicabo. Quod si hoc ita est, profecto ex parte intellectus nulla major imperfectio, quæ ad peccandum sit necessaria in illo actu ut practico, quam ut speculative considerari potest. Nam si quæ est, provenit ex parte voluntatis, vel nolentis consentire tali iudicio,

vel non habentis debitam intentionem: et ita non provenit lapsus voluntatis ex defectu intellectus, sed potius ex defectu voluntatis, iudicium intellectus dicetur practice imperfectum.

14. *Satisfit argumentis contrariis in n. 11.*— Præterea vis huius rationis magis innotescet, respondendo ad motiva præcedentis opinionis: simulque hæc sententia magis suadebitur. Ad primam ergo rationem negatur prima consequentia. Quia licet voluntas non se moveat, nisi prius ab intellectu moveatur: nihilominus etiamsi ab illo moveatur, non statim se necessario movet. Unde potest in contrarium argumentum retorqueri, applicando ad iudicium practicum argumentum supra factum de iudicio speculativo. Nam posito iudicio practico, voluntas non necessitatur quoad exercitium ad consentiendum illi, utique ex vi illius: ergo potest non consentire illi: ergo et peccare. Major supra probata est: quia intellectus per se non movet voluntatem, quoad exercitium, nec determinata illam omnino ad operandum. Dixi autem *ex vi illius*: quia si præcedat intentio efficax alicujus finis honesti, posito iudicio practico de tali medio necessario ad illum finem, ut hic et nunc exercendo: tunc persistendo in intentione necessario sequitur consensus voluntatis; tunc tamen illa necessitas non ab intellectu secundum se, sed ab ipsa voluntate ex vi intentionis præexistentis sequitur. Et eadem ratione posita illa intentione honesta, et iudicio recto, non poterit quidem voluntas peccare, non ex eo tantum, quod in intellectu non præcedit defectus, sed quia illa dispositio intellectus supponit illam efficacem intentionem voluntatis, illique conjungitur. Ergo absolute loquendo de voluntate libere prodeunte ad primam intentionem, seu voluntatem finis particularis, non potest necessitari a iudicio practico, et consequenter, illo non obstante, poterit peccare, sine prævio tali defectu intellectus.

15. Dicit fortasse aliquis, quod licet iudicium illud practicum per se non necessitet voluntatem quoad exercitium, saltem necessitat quoad specificationem, et hoc satis esse ut illo existente in intellectu, voluntas actualiter peccare non possit. Sed contra hoc urgent instantiæ, et replicæ supra factæ: quæ in præsentem eandem vim habent. Prior est, quod saltem poterit voluntas peccare, omitendo sine tali defectu intellectus. Sequela patet, quia potest voluntas suum actum suspendere eo tempore, pro quo affirmativum

præceptum obligat, quia tunc non necessitatur quoad exercitium, et sic peccabit. Alias est, quia neque quoad specificationem necessitatur voluntas ab illo iudicio practico recto, quia cum illo potest intellectus simul considerare aliud contrarium objectum, vel opus, iudicando illud esse amabile sub ratione delectabilis; ergo voluntas propria libertate potest ferri in illud, quia solum iudicium illam impedire non potest, ut supra ostensum est: ergo potest voluntas non solum contradictorie non velle, quod sic iudicatum est, sed etiam contrarie velle oppositum; ergo manet libera quoad exercitium, et specificationem, ac proinde sine suspensione, vel carentia talis iudicii peccare potest.

16. *Ad secundum in eodem n. 11.—Ad <831> tertium ibidem.—* Ad secundum respondetur, hæc duo iudicia, hoc est, honestum est secundum rectam rationem sequendum, et hoc est delectabile, secundum sensum, et amabile, non esse contraria, sed simul esse posse in intellectu, et illa sufficere, ut voluntas ex illis objectis amet, quod voluerit. Nec enim necesse est, ut intellectus definite iudicet hoc esse prosequendum, seu amandum, ut voluntas illud velit: sed satis est, quod intellectus illud proponat, ut amabile sub aliqua ratione, ut in sequenti puncto latius ostendemus. Et ita respondetur ad tertium, duplex esse iudicium prudentiale; unum dici solet speculative practicum, aliud practice practicum: alii vero primum vocant iudicium prudentiale lato modo, secundum autem stricte, et rigore, ut videri potest in Corduba, dicto libro 2, quæst. 9, 10 et 11. Inter hæc autem iudicia discrimen assignari potest, non solum in hoc, quod prius non supponit rationem finis, a qua procedit posterius: sed etiam in hoc, quod per prius iudicium solum proponitur objectum, ut secundum se bonum, vel connexum cum tali fine in se spectato: per posterius autem iudicium proponitur medium, ut connexum cum intentione efficaci ipsius operantis, ex quo habet peculiarem vim movendi ad electionem, vel executionem ejus. Unde tandem fit, iudicium prudentiale large sumptum, seu aliquo modo speculativitum esse posse optime in homine actu peccante, etiam cum cognitione, et actuali consideratione omnium circumstantiarum; et in hoc sensu concedimus sequelam; nec est contra Aristotelem, ut jam dicam. Iudicium autem prudentiale omnino practicum, et rigore sumptum non potest esse simul cum actuali peccato: et de hoc, seu

carentia ejus loquitur Aristoteles cum dicit libro 7, capite 2, neminem contra id, quod est optimum, agere, nisi per ignorationem, et cum dicit, capite 3, ultimam propositionem esse dominam, id enim dicit propter efficaciam ultimi Judicii: loquitur autem de Judicio, quod post consultationem concluditur ex vi appetitus recti, seu intentionis efficaci finis, de quo jam diximus, non posse esse simul cum actuali peccato. Quia vero defectus ejus magis est delectus voluntatis, nam ab illa habet originem, ideo concluditur, omne peccatum supponere defectum intellectus, qui in carentia judicii prudentialis consistit, quatenus vim cognoscendi habet, sed tantum quatenus habet vim movendi, qui defectus a voluntate radicaliter provenit, ut declaratum est.

17. *Tertia opinio requirit ad peccatum practicum errorem positivæ deceptionis.—Duplex est error practicus.*—Est ergo tertia sententia, quæ etiam in intellectu peccantis practicum defectum admittit, illum tamen dicit esse non inconsiderationis tantum, vel alterius privationis, sed positivæ deceptionis per practicum errorem. Est autem considerandum, quod sicut judicium practicum duplicem habet rationem: unam quatenus cognitio quædam est; alteram quatenus motio voluntatis est; ita etiam duplicem habet conformitatem, et veritatem, quam Scotus supra recte distinxit. Una est veritas cognitionis, quatenus tale judicium est conforme rei cognitæ, in quo talis veritas speculativa est, vel illa assimilatur; alia est veritas electionis, seu practica, quatenus tale judicium est appetitui recto conforme. Eadem ergo ratione, ac proportionem duplex esse potest error practicus: unus deceptionis, alter electionis. Prior est per difformitatem ad rem cognitam, ut quando judicatur licere, quod non licet, aut esse honestum, quod revera est turpe. Alter error est per difformitatem ad appetitum rectum. Ut quando incontinens judicat, hic et nunc hoc sibi esse amandum, quia delectabile est. Nam fieri potest, ut nihil falsum judicet; et nihilominus aberrat in itinere veritatis, et ab appetitu recto, et sub ea ratione dicatur practice errare: quia per viam non rectam dirigit voluntatem, quo modo dicitur, non esse appetitui recto conforme.

18. *Dicta sententia a quibusdam accipitur de primo errore.*—Juxta hos ergo duos modos deceptionis dupliciter etiam dicta sententia explicatur. Quidam enim de proprio errore deceptionis aiunt necessario præcedere ante omne peccatum. Quia priusquam

voluntas amet, vel eligat, intellectus absoluto et definite iudicio statuit, sibi esse conveniens hoc, vel illud eligere, aut amare. Ergo quoties voluntas amat pravum objectum, in intellectu præcedit de illo tale iudicium; at vero tale iudicium semper est erroneum, non solum devians a via recta, sed etiam a veritate respectu rei iudicatæ, quia revera tale objectum non est simpliciter conveniens, nec comparatione aliorum eligendum, vel amandum; ergo semper iudicium erroneum ante peccatum voluntatis præcedit. Et hanc opinionem videtur simpliciter supponere Durandus, in 2, dist. 5, q. 1, n. 11, et dist. 7, q. 1, ubi ob hanc causam in Angelis, qui peccaverant, hunc errorem admittit. Et universaliter idem tradit, dist. 23, quæst. 1, et dist. 93, q. 1. Declarat autem deceptionem hanc in iudicio practico esse vel circa principale objectum, vel tantum circa circumstantias. Priori modo oritur error (ut ait) vel ex ignorantia circa principia, vel ex aliqua passione: et sic errat, qui absolute iudicat esse bonum, et amandum, quod revera malum est; ut hic et nunc esse fornicandum, nam hic error est de principali objecto, et non contingit sine errore in principiis, vel magna passione. Posteriori autem modo errat practice, qui iudicat, hoc bonum, quod revera bonum est, hic et nunc esse amandum, cum tamen ob circumstantias amandum non esset. Et ita hic error non provenit ex deceptione circa principia, nec ex passione, sed ex circumstantiarum consideratione. Et hunc saltem errorem putat Durandus esse necessarium ad peccandum; et illum solum in Angelis admittit. Et hanc opinionem in re sequitur Malonius, in 2, dist. 6, disput. 3, quamvis iudicium illud peculiare, quod solum deficit ex inconsideratione circumstantiæ alicujus, simpliciter non vocet errorem, sed inconsiderationem: nec videtur ab hac sententia alienus divus Thomas, 1 part., quæst. 63, a. 1, ad 4.

19. *Prima assertio.*—*Non requiritur ad peccatum positivus ullus error cognitionis.*—Nihilomius dicendum censeo, posse voluntatem male eligere, sive deficiendo circa principale objectum, volendo utique quod malum est, sive deficiendo in circumstantiis, volendo bonum, quando, vel quomodo non oportet sine ullo positivo errore intellectus, qui sit proprius cognitionis error, veritati rei contrarius. Hæc assertio satis communis est. Docent illam Scotus, Gabriel, et alii, in 3, dist. 30, et Almainus, tract. 3, Moralium, cap. 4, et sumitur ex Henrico, quodl. 5, quæst. 17, et quodl. 10,

q. 10, et ex Adriano, quodl. 4, quæst. 1, a principio, et sequuntur Molina et Valentia supra. Et probari potest primo: quia ad peccandum sufficit simpliciter apprehensio boni sub quacumque ratione convenientis, etiamsi proprium iudicium non intercedat: sed in simplici apprehensione non est proprius error; ergo ad peccandum non est simpliciter necessarius error intellectus. Verumtamen hæc ratio fundatur in principio valde incerto, nimirum voluntatem posse moveri ab objecto apprehenso ante iudicium, quod nunc non est disputandum: quia in capite decimo, numero duodecimo habebit commodiorem locum. Nunc ergo supponimus, sermonem esse de voluntatis electione; vel absoluta, et efficaci dilectione alicujus boni: nam hoc modo Angelos peccasse ostendemus infra. Hæc autem motio voluntatis <col. b> non fit sine proprio iudicio intellectus, ut omnes fatentur; et in tractatu de Anima latius dicemus, nam de motione simplici voluntatis, quam velleitatem vocant, utrum ad illam sufficiat apprehensio sine iudicio, parum nunc refert: et aliquid, ut dixi, paulo post attingemus. Solum hic adverto, si fieri possit, et contingat, ut aliquis peccet per simplicem apprehensionem sine iudicio, eo ipso non peccare sine magna imperfectione intellectus: nam valde temere, et inconsiderate per voluntatem efficitur, sine iudicio intellectus.

20. *Probaturs assertio efficacius.*—Supponendo ergo, voluntatem non moveri sine proprio iudicio intellectus motione absoluta, et deliberata, probatur, non esse necessarium iudicium erroneum dicto modo, ut voluntas sic malum diligat, vel eligat. Quia ut voluntas amet aliquod objectum, non est necessarium, ut intellectus iudicet, illud esse honestum, vel consentaneum rectæ rationi; ergo satis est, ut iudicet esse delectabile, vel utile, vel alio modo naturæ conveniens: sed hoc potest intellectus iudicare sine errore de objecto, alias turpi: ergo circa tale objectum potest voluntas peccare sine prævio errore practico intellectus, id est, sine iudicio difformi rei iudicatæ. Primum antecedens probatur imprimis a posteriori: quia alias nemo posset deliberata voluntate fornicari, nisi præiudicando, fornicationem esse honestam, et rectæ rationi conformem, quod dici non potest, alias omnis, qui fornicatur, prius esset hæreticus. A priori vero ratio est, quia objectum adæquatum intellectus non est solum bonum honestum, verum, vel apparens: sed est bonum absolute, et abstracte, sub quo variæ rationes bonorum

comprehenduntur, et quælibet sufficit ad movendam voluntatem, et ipsa pro sua potest libertate, quam voluerit, amare, seu eligere. Et intellectus potest plures earum sine deceptione proponere, quia in eodem objecto possunt vel omnes illæ inveniri, vel una tantum cum carentia alterius: et intellectus potest de illis iudicium ferre, sicut sunt, non solum in generali, sed etiam in particulari de tali re iudicando, hic et nunc esse delectabilem, vel utilem ad honorem, vel divitias, verbi gratia, consequendas, quamvis honesta non sit: vel etiamsi honestati contraria sit.

21. *Adversariorum responsio.*— Respondent non posse voluntatem ferri in objectum sic consideratum secundum diversas boni, vel mali rationes, vel considerando simul aliud bonum oppositum, nisi prius intellectus omnibus <833> pensatis, absolute iudicet, hoc esse bonum, et conveniens simpliciter: hoc autem iudicium erroneum est, quando de objecto turpi fertur, quia per illud præfertur turpe honesto propter rationem boni delectabilis, seu præferenda iudicatur, sed hoc iudicium est erroneum per difformitatem ad rem ipsam, quia in re ipsa bonum delectabile non est bonum simpliciter, neque conveniens, quando turpitudinem habet adjunctam. Quod autem iudicium illud sit necessarium, probatur: tum quia voluntas regitur ab intellectu; quia nihil volitum, quin præcognitum: ac voluntas cum se determinat ad aliquid eligendum, vel amandum, tendit in illud, ut hic et nunc sibi simpliciter conveniens: ergo præcedit in intellectu iudicium, quo illud ut simpliciter, et absolute conveniens iudicet: tum etiam, quia intellectus speculativus non movet voluntatem: sed practicus, teste Aristotele 3, de Anim., text. 33, et sequentibus: ut autem intellectus practice iudicet, ac moveat voluntatem, necesse est, ut pensatis omnibus, quæ actu considerat, iudicet, hoc simpliciter expedire, seu esse bonum, aut conveniens.

22. *Hæc responsio supponit falsum principium.—Id ostenditur primo per dilemma.—Prima pars dilemmatis probatur.*—Sed hæc responsio supponit, ut voluntas eligat inter multa, quæ sub diversis rationibus bona iudicantur, vel etiam ut unum objectum, in quo sunt boni, et mali rationes, amet potius, quam fugiat, necessarium esse, ut procedat iudicium comparativum, quo unum objectum alteri simpliciter præferatur in ratione boni, aut convenientis. Hoc autem falsum esse multis rationibus ostendi potest. Et primo

22. *This response assumes a false principle.—It is shown first through a dilemma.—The first part of the dilemma is proved.*—But this response assumes that in order for the will to elect among multiple things which are judged good under different aspects or also in order to love one object in which there are aspects of good and bad more than to avoid it, it is necessary that a comparative judgement precede by which one object is preferred, strictly speaking, to another under the aspect of goodness or agreeability. But that this is false can be shown by multiple arguments. . . .

possumus applicare discursum, quem de imperio supra fecimus: quia illud iudicium comparativum, vel est necessarium in intellectu ex vi aliquorum principiorum, quibus positus necessario inferatur: vel est voluntarium, ac liberum ex determinatione voluntatis. Primum dici non potest: quia in intellectu non errante speculative nulla sunt principia, ex quibus tale iudicium comparativum necessario oriatur: ostensum est autem posse voluntatem peccare, nullo præcedente errore speculative in intellectu; ergo non præcedunt necessario in intellectu talia principia, quæ intellectum cogere possint ad illud iudicium erroneum comparativum præstandum. Exemplo res declaratur, nam qui sciens turpitudinem fornicationis, propter delectationem vult illam: non iudicat in universali, delectabile esse majus bonum honesto, nec esse convenientius simpliciter comparatione illius, neque alia similia, ex quibus necessario inferat iudicium erroneum comparativum, ut est notum experientia. Ergo tale iudicium ex vi solius intellectus: et principiorum ejus necessarium non est. Et præterea si tale iudicium esset simpliciter necessarium antecedenter ad voluntatem; et illo posito, voluntas ex necessitate conformaretur illi, et ideo deficeret profecto defectus non imputaretur illi, nec in eo actu esset libera. Non est ergo ille actus ex vi solius intellectus necessarius.

23. *Secunda pars dilemmatis ostenditur.*— Probatum ergo membrum de iudicio libero, quia tale iudicium supponit actum voluntatis determinantis intellectum. At ille actus culpabilis est et malus, imo erit radix totius malitiæ, et culpæ, quæ occasione talis iudicii fit. Vel ergo talis voluntas supponit aliud iudicium habens eundem defectum erroris, ac deceptionis, propter similem comparationem, et tunc idem argumentum fiet de illo priori iudicio, et sic in infinitum procedi potest. Vel illa voluntas habetur sine tali iudicio prævio, et ita concludimus, posse esse voluntatem peccaminosam sine tali errore prævio: imo talem errorem, ubi fuerit, ex voluntate peccaminosa procedere. Sicut alias optime probavimus in homine, qui ex fidei fit hæreticus, non præcedere in intellectu errorem contra fidem, prout est in intellectu non præcedere ad malitiam hæresis, prout est in voluntate: quia ille error intellectus necessario procedere debet ex voluntate. Et ideo simpliciter præcedit voluntas errandi, seu discedendi a fide: quamvis postea ex vero errore induci possit voluntas ad volendum credere alium. Sic ergo in præsentibus

voluntas peccaminosa tale iudicium antecedit. Unde ulterius concluditur, esto illud iudicium sit possibile per depravationem voluntatis, et consequens ad illam, non tamen esse necessarium, ut voluntas diligat objectum pravum, quatenus delectabile est: quia nec ita voluntas fundatur in tali iudicio, cum potius sit radix ejus, nec ex necessitate infert illud, quia voluntas sic iudicandi simpliciter libera est, et ab actu volendi, vel eligendi tale objectum distincta, et ad illius executionem minime necessaria.

24. *Secundo impugnatur responsio ex inconvenienti.—Declaratur.*—Præterea declaratur hoc in ipsismet actibus bonis ab inconvenienti argumentando. Nam si illa doctrina vera esset, sequeretur ex duobus bonis honestis actu consideratis, neminem eligere, quod minus est, nisi prævio errore intellectus. Consequens est plane falsum; ergo. Probatur sequela, quia juxta illam doctrinam etiam in electione, vel dilectione talis minoris boni, necessarium erit iudicium, quasi comparativum, quo tale objectum dilectum, vel medium electum iudicatum fuerit simpliciter bonum, et conveniens, ac præferendum alteri: vel certe si hoc casu necessarium non est tale iudicium, vel quando aliquo modo antecedit, potest sine errore intelligi, et explicari. Idem dicendum erit in electione inter bonum et malum, et in electione inferioris boni, non obstante majori malitia. Est enim eadem ratio, quæ sic exponitur. Nam cum aliquis ex duobus actibus, vel etiam statibus virtutis, eligit minus bonum, vel minus meritorium, ideo non necessario decipitur per intellectum, sed est imperfectus, vel infirmus in voluntate, quia nunquam iudicat actum inferiorem esse simpliciter meliorem, vel præferendum alteri: sed vel quia propositis illis duobus, voluntas pro sua libertate eligit, quod vult, intellectu nullam comparisonem faciente: vel certe, quia in ea non errat, etiamsi illam faciat, et inter id quod est minus bonum sibi esse convenientius, quia non iudicat de convenientia secundum solam rationem, et qualitatem boni honesti, sed adjuncta rei difficultate, vel facilitate, vel consideratis aliis rationibus, et periculis, ad quæ facilius vitanda, sine errore iudicat, hoc esse convenientius, id est, magis accommodatum, non tamen simpliciter melius.

25. *Probatur dicta declaratio.*—Ad hunc ergo modum proceditur in dilectione mali sub ratione boni, vel in electione boni delectabilis, relicto honesto illi opposito. Primo, quia potest sine

25. *The given declaration is proved.*—In response to this way, therefore, one proceeds to love for something bad under the aspect of good or to the election of something good in a pleasurable way, the honest good having

errore fieri per sola simplicia iudicia de unoquoque objecto; sicut revera hic et nunc, et cum talibus circumstantiis existit. Nam illa sufficiunt, ut voluntas pro sua voluntate quod maluerit, eligat. Secundo, quia licet comparationem faciat intellectus, et turpe honesto præferat, non faciet talem comparationem in ordine ad communem rationem boni conferendo sub illa specificas rationes boni: et præferendo inferiorem excellentiori, talis enim comparatio et nunquam, vel rarissime fit, quantum experientia docet, et nulla ratione ostenditur necessaria, ut voluntas in alteram partem feratur. Igitur maxime fieri solet illa comparatio adjungendo alias rationes boni, et ratione illarum præferendo absolute turpe objectum, ut diligatur, vel eligatur, non <col. b> quia melius simpliciter, sed quia delectabilius secundum sensum, vel quia utilius ad divitias, vel honores comparandos, vel ad alios fines similes. Hic enim excessus sufficit, ut voluntas pro sua libertate eligat, quod delectabilius, vel utilius iudicatur, quamvis tale iudicium comparativum, nec semper necessarium sit, neque illo posito voluntas ex necessitate illud sequatur. Unde confirmatur hic discursus. Quia stante in intellectu cum uno, et eodem iudicio, vel cum pluribus, potest voluntas, vel bene agere, vel peccare, juxta illud Eccles. 15: *Apposui tibi* (id est, coram te) *ignem, et aquam: ad quod volueris porrigere manum tuam*, id est, voluntatem. *Ante hominem vita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi*. Dicitur autem proprie esse ante hominem, quod actu videtur, seu consideratur ab ipso: stante igitur eadem consideratione per unum, vel plura iudicia, potest homo recte, vel male velle; ergo tunc determinatio voluntatis, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium actus, est primo ab ipsa voluntate; ergo potest esse peccaminosa, etiamsi in iudicio error practicus non præcedat: sicut etiam potest esse recta cum eadem intellectus dispositione.

26. *Corollarium primum de sensu illius iudicii practici, hoc est faciendum.—Primus sensus rejicitur.—Rejicitur secundus.—Tertius sensus.—In hoc sensu necessarium est iudicium ad bene operandum, non ad peccatum.—Unde infero primo, cum communiter dicitur, antequam voluntas velit, præcedere in intellectu hoc iudicium practicum, faciendum est hoc, sano modo accipiendum esse, et explicandum, ut verum est; plures enim sensus habere potest verbum illud, faciendum est, ut bene Adrianus supra distinxit: unus est, ut*

been left to its opposite. First, because it can happen without error merely through a simple judgement concerning each object, as it really exists here and now with such circumstances. For those suffice for the will to elect what it had preferred according to its willing. Secondly, because although the intellect makes a comparison and prefers the shameful object to the honest object, it will not make such a comparison in relation to a general aspect of good by bringing together under it the specific aspects of good and by preferring the lower to the more excellent. For such a comparison both never, or very rarely, happens, insomuch as experience teaches, and by no argument is shown to be necessary for the will to be brought to one part. Therefore, that comparison usually happens especially by adding other aspect of good and by absolutely preferring the shameful object by reason of those, so that it is loved or elected not because it is better, strictly speaking, but because it is more pleasurable according to sense or because it is more useful for [gaining] wealth or honours to be compared or for other similar ends. For this departure is sufficient for the will to elect by its freedom that which is judged more pleasurable or more useful, although such a comparative judgement is not always necessary. Hence, this discussion is confirmed, because by standing with the intellect with one and the same judgement or with more, the will can either act well or sin, according to Ecclesiasticus 15[:17–18]: ‘I have placed before you’ (that is, before your heart) ‘fire and water: stretch forth your hand’ (that is, your will) ‘to whichever you wish. Before man is life and death, good and evil: whichever shall be pleasing to him, shall be given to him’. Moreover, what is actually seen or considered by him is properly said to be before man. Therefore, by standing with the same consideration through one or more judgements, a human being can will rightly or badly. Therefore, then, the determination of the will, with respect to specification as with respect to exercise, is first from the will itself. Therefore, it can be sinful even if practical error in judgement precede, just as it can also be right with the same disposition of intellect.

vim habeat futuri: ut cum dicimus, Petrus est eligendus: et sic constat non posse in præsentis sumi: quia cum intellectus sic iudicat, non divinat, quid voluntas factura sit; sed proponit, quid illam agere oporteat. Alter sensus est, ut illud verbum, *faciendum*, non dicat proprium iudicium, sed solum imperium per modum impulsus: sicut Dominus dicit servo, hoc tibi faciendum est. Et hic sensus est etiam falsus; quia, ut dixi, in intellectu non datur imperium respectu voluntatis, quod non sit per modum iudicii. Neque aliter potest intellectus impellere, seu movere voluntatem, nisi per cognitionem, vel iudicium. Quod secus est de uno homine respectu alterius, quia unus movet alterum per voluntatem suam, imperat <835> autem per signum aliquod talis voluntatis manifestativum. Unde tertius sensus illius verbi esse potest, ut verbum, *faciendum* est hoc, respectum dicat ad regulam rectæ rationis, vel legis, ita ut subintelligatur, *faciendum* est hoc secundum rectam rationem, sub qua includuntur voluntas Dei, et legis, vel præcepta superiorum: sicut dicere solemus, hodie jejunandum esse, vel votum esse servandum. Et in hoc sensu necessarium est illud iudicium ad honeste volendum; non tamen esse simpliciter necessarium ad volendum, vel eligendum, quia sæpe voluntas amat, quod non iudicat secundum rectam rationem, aut legem esse amandum ut per se notum est. Alias (ut supra dicebam) qui fornicatur, iudicaret esse faciendum secundum rectam rationem, quod hæreticum esset. Nec etiam tale iudicium, licet procedat, sufficit, ut voluntas non peccet, quia non necessatur ab illo, sed illi resistere potest. Atque potest simul homo iudicare actu hoc esse volendum in dicto sensu, et actu vello contrarium, ac peccare.

27. *Quartus sensus licet verus nil colligit contra dicta.—Declaratur quando illud iudicium præit ad electionem mediorum.*—Quartus sensus est, ut verbum illud, *faciendum*, dicat respectum, et congruentiam ad finem, vel aliam regulam, et sic potest habere verum sensum, et universalem; sed ex illo nihil contra dicta colligitur. Declaratur, quia tale iudicium potest præcedere, vel ad electionem mediorum post intentionem finis, et consultationem; vel ad ipsam voluntatem, vel intentionem particularis finis, seu boni propter se amandi, quando ex multis unum assumitur, seu modo suo eligitur, ut ametur, vel intendatur. Quando ergo iudicium præcedit intentionem finis, et terminat consultationem, sensus illius locu-

tionis, hoc faciendum est, in hunc resolvitur, hic et nunc, et omnibus pensatis, hoc expedit facere, seu hoc est conveniens ad talem finem. Unde si plura occurrant media, et judicentur æque utilia ex vi solius intellectus, non poterit determinate judicare, *hoc est faciendum*: sed disjunctim, hoc, vel illud; quamvis voluntas possit intellectum applicare ad unius considerationem, et non alterius, vel etiam posset stante actuali iudicio æquali de utroque medio, illud unum eligere pro sola sua libertate. Imo licet unum medium judicetur sub aliqua ratione melius alio, potest voluntas minus bonum eligere, dummodo ad explendam intentionem finis sufficiens judicetur. Unde quamvis contingat medium ad finem utile, turpe alias <col. b> esse, nihilominus in illo iudicio, faciendum est hoc, non erit falsitas veritati rei contraria: quia revera medium est proportionatum fini intento, etiamsi non sit consentaneum fini, qui secundum rectam rationem intendi deberet, et sic dixit Christus in parabola de villico, quod *laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia* licet frandulenter adversus Dominum, pro se tamen *prudenter fecisset*.

28. *Declaratur deinde quando præit ad volitionem ipsius finis, sive objecti particularis propter se volendi.*—At vero, quando iudicium non est de medio in ordine ad finem, sed de fine particulari, vel objecto propter se volendo: vel supponitur generalis voluntas alicujus boni in generali sub aliqua ratione universali, quæ per aliud iudicium applicatur ad hanc, vel illam rem talrm bonitatem participantem; vel nulla talis generalis voluntas supponitur, sed immediate determinanda est voluntas ad illum finem particularem. In priori casu idem dicendum est, quod de iudicio mediorum, servata proportionem. Nam si unum tantum particulare objectum sub illo generali proponatur per illud iudicium, hoc est amandum; sensus est, hunc particularem finem consentaneum esse illi voluntati universali, et in illo sufficienter expleri. Si vero talia objecta plura sint, et proponantur, nullum illorum ex vi solius intellectus, et talis intentionis judicare determinate poterit, ut necessarium, vel unicum, in quo illa voluntas generalis implenda sit; sed hoc pertinet ad liberam determinationem voluntatis, quæ sine novo iudicio esse poterit. Atque ita in tali iudicio nulla erit deceptio, seu falsitas cognitionis: si revera in tali objecto particulari bonum illud generaliter amatum inveniatur, etiamsi objectum illud turpe sit, et sine pec-

cato amari non possit; quia hoc non obstat, quominus cum illo universali affectu conformitatem habeat. Ut si quis sibi proponit sequi delectabile bonum, et postea judicet fornicationem sibi esse appetendam, ut consentaneam suo proposito, vel ut participantem illam generalem rationem boni delectabilis, non errat a veritate cognitionis, licet a veritate morum erret. Idemque est in similibus. At vero quando non præcessit universalis voluntas elicit alicujus boni, et judicium illud versatur circa bonum particulare, tunc si bonum illud judicetur diligendum, necesse est ut sit secundum commensurationem ad aliam regulam, ut, verbi gratia, secundum conformitatem ad aliquam naturæ propensionem, vel ad regulam rectæ rationis, vel ad <836> amorem Dei, vel quid simile. Et sic etiam illud judicium habebit suam veritatem, si revera tale sit objectum, quale judicatur, etiamsi honestum non sit; ut si bonum delectabile judicetur consentaneum sensui, et sub ea ratione diligendum, vel potius diligibile; quod judicium sufficiet, ut voluntas pro libertate sua illud diligat. In nullo ergo sensu præcedit necessario falsitas propria in tali judicio, ut voluntatem peccaminosam præcedit.

29. *Secundum corollarium.*—Unde ulterius colligo, nullam esse differentiam, quæ in hac parte assignatur ab auctoribus contrariæ sententiæ, inter peccatum commissum appetendo objectum malum sub aliqua ratione boni, et peccatum commissum appetendo objectum de se bonum indebito modo, vel cum defectu debitæ circumstantiæ. Quia in neutro ex his peccatis necessario supponitur judicium proprie falsum, et erroneum; et in utroque potest præcedere inconsideratio: neque in uno est magis necessaria, quam in alio. Prior pars de falsitate, constat; quia de peccato posteriori modo commissio, amando male bonum objectum, dicti auctores fatentur posse committi sine prævio errore intellectus practici per inconsideratum judicium. Quod autem idem sit de peccato commissio amando pravum objectum sub ratione boni, probatur ex dictis; quia fieri potest, ut illa ratio boni, sub qua amatur tale objectum, non sit tantum apparens, sed vera: quia vere tale objectum est delectabile, aut utile, vel commodum naturæ secundum se spectatæ: ergo ex ea parte non necessario præcedit falsitas in tali judicio.

30. Unde probatur altera pars, quia sicut in priori peccato

potest præcedere inconsideratio circumstantiæ, ob cujus defectum peccatur: ita in posteriori potest intervenire consideratio prohibitionis, vel pravitatis talis objecti. Ergo sicut in priori genere peccati inconsideratio non sufficit, ut illud iudicium practicum absolutum, faciendum est hoc, sit falsum, licet sit inconsideratum: ita nec in posteriori sufficiet. Probatur paritas rationis, quia in neutro iudicio sensus est, hoc esse hic et nunc faciendum rectam rationem, alioqui utrumque falsum esset: sed sensus est, esse faciendum secundum aliquam aliam regulam, aut finem, ut explicatum est: et ita utrumque erit verum per conformitatem ad rem, de qua iudicium fertur. In quo est etiam attente considerandum, etiam quando revera objectum est honestum, si male ametur ex circumstantia, vel modo indebito, non amari, ut honestum, sed <col. b> materialiter tantum, et quasi per accidens ejus honestum ibi concurrere; ideoque sub alia ratione boni amandum iudicari, et per conformitatem ad illam veritatem iudicii sumendam esse. Igitur in hoc eadem est ratio de utroque iudicio. Quia tam inconsideratio, quam veritas æque potest in utroque iudicio præcedere, etiamsi in uno sit inconsideratio de conditione ipsius objecti; in altero vero de circumstantia, aut modo tendendi in illud. Nam hoc discrimen ad falsitatem iudicii parum refert, si alioqui conformitatem habet cum re iudicata, sicut illam habere potest, ut ostensum est. Addo vero in ultima parte, in neutro iudicio, ut verum sit, esse necessariam inconsiderationem, quia licet quis advertat, objectum esse turpe, ac proinde simpliciter malum, potest vere iudicare esse delectabile, et sub ea ratione bonum, et appetibile. Et similiter, licet objectum de se sit honestum; malum autem sit hic et nunc, tali modo illud amare, et totum hoc actu consideretur, potest nihilominus esse delectabile, vel ad alios fines utile, illud hic et nunc velle, et tale vere iudicari, et ut amabile proponi; ergo in neutro iudicio est necessaria inconsideratio, ut iudicium verum sit; atque ita nulla apparet inter illos duos modos peccandi differentia, quoad hoc quod in uno potius quam in alio error, vel inconsideratio præcedere debeat.

31. *Satisfit fundamento contrario in num. 18.*—Ex his satis responsum est ad fundamentum Durandi et Malonii; cum enim dicunt, ante dilectionem, vel electionem præcedere iudicium, quo tale objectum, vel hujus dilectio hic et nunc proponitur, ut sim-

placiter bonum, et conveniens, æquivocatio est in vocibus illis, *simpliciter conveniens*, seu *bonum*. Nam *conveniens*, addito adverbio simpliciter, videtur significare id, quod est conveniens ad morum honestatem, ut secundum Dei legem, aut rectam rationem. Et sic falsa est propositio assumpta, ut probatum est: quia alias nemo sine hæresi posset fornicare. Potest etiam dici simpliciter conveniens, quasi comparative; quia omnibus aliis objectis oppositis, vel circumstantiis consideratis, hoc est excellentius bonum, magisque conveniens: et in hoc etiam sensu falsa est assumpta propositio. Quia sufficit absolutum iudicium, quod hoc sit bonum, et amabile, ut diligatur, etiamsi cum aliis non conferatur. Imo licet alia iudicentur meliora secundum altiores rationes bonorum, sufficit iudicare hoc in suo ordine esse bonum, ac conveniens appetenti secundum aliquam rationem, vel in ordine ad aliquem finem, ut voluntas pro sua libertate in illud feratur; etiamsi intellectus per iudicium illud cæteris non præferat. Denique potest dici *simpliciter conveniens*, quod non tantum in spe sua, sed etiam in particulari, et cum circumstantiis, quæ hic et nunc occurrunt, et considerantur, convenientiam, et bonitatem suam retinet. Et in hoc sensu vera est propositio, male autem subsumitur tale iudicium continere errorem veritati contrarium, quoties objectum est turpe, vel illud appetere honestum non est; quia potest vere sub alia ratione esse bonum, et conveniens simpliciter, id est, absolute, et cum omnibus circumstantiis tunc occurrentibus, ut satis explicatum est.

32. *Secunda assertio bipartita.—Ad omne peccatum antecedit error practicus moris, seu electionis, et nullus alias requiritur.*—Nihilominus tamen additus, ad omne peccatum antecedere in intellectu iudicium defectuosum, quod erroneum in moribus, seu quoad moralem directionem, dici potest: et nullum alium defectum intellectus esse necessarium ad peccatum. Hæc fuit sententia Scoti in 3, dist. 36, quæst. 1, art. 1, quem ibi sequitur Bassolis, art. 3, §*Sed quantum*, etc., et Gabriel, art. 2, part. 2, conclus. 3, et idem indicat in 2, dist. 22, quæst. 2, art. 3, dub. 3, ubi refert Alensem, qui hoc indicat in 2 part., quæst. 112, membr. 3, et quæst. 145, art. 1, ad 6, et quæst. 123, membr. 3, in fine, quatenus ait, omne peccatum esse mendacium lato modo, quia declinat a veritate boni. Et idem sentiunt Almainus, dict. tract. Moral., cap. 4,

Ocham, quem Gabriel etiam allegat, in 3, quæst. 12, in 2 ejus part., art. 4, et quodl. 4, quæst. 6, art. 3, in 4 ejus part. Consentiant etiam Adrianus, Henricus, Corduba et alii in superioribus allegati. Et prior quidem pars, scilicet necessarium esse hunc defectum, confirmari potest illis vulgatis testimoniis Scripturæ. *Errant, qui operantur malum*, Proverb. 14, et Psalm. 118: *Erravi sicut ovis, quæ periit*: nam illa comparatio declarat optime illum errorem esse a via recta. Nam de illo etiam dicitur Isai. 55: *Omnes nos tanquam oves erravimus*. Et sic etiam concludent damnari: *Ergo erravimus*, Sapien. 5. Ratione item probatur, quia nemo potest eligere malum, nisi judicando illud esse diligibile sub aliqua ratione boni: sed hoc ipsum judicium imperfectum est, et ad peccandum de se inducens: ergo saltem hic defectus intellectus in omni peccato intervenit.

33. *Objectio.—Solutio.*—Dices, errorem ibi commissum non esse in intellectu, sed esse in voluntate, maxime quando intellectus sufficienter, vel etiam æqualiter utramque viam proponit, et voluntas deteriore eligat: tunc enim intellectus de se non decipit, nec errare facit: ergo ille dici non potest proprius defectus intellectus. Et declaratur, quia si quis habeat illud judicium simul cum judicio, et prudentiali circa bonum honestum per voluntatem sequatur dictamen prudentiæ, non dicitur errare, nec habere defectum in intellectu, propterea quod simul cum judicio perfectiori, simul habeat perfectiorem: ergo quando habens in intellectu eosdem actus, voluntas eligit, quod deterius est, non est id tribuendum intellectui: neque judicium illud defectus intellectus dici potest. Respondeo, duobus modis posse aliquem considerare objectum pravum moraliter, ut judicium de aliqua ejus bonitate ferat. Primo mere speculative in ordine ad solam cognitionem cujusvis physicæ veritatis, et hoc modo judicium de tali objecto, licet in suo genere imperfectum sit negative, id est, non sit tantæ perfectionis, quantæ sunt alia judicia intellectus: nihilominus in sua specie potest esse perfectum, et simpliciter est quædam perfectio intellectus: et ita non potest dici proprie defectus ejus. Alio vero modo potest illud judicium exerceri practice, nimirum adjungendo illud consultationi practicæ, quando de voluntate dirigenda in ordine ad opus tractatur. Et tunc dico exercere talem actum, esse defectum quemdam intellectus morali prudentiæ contrarium, quia non potest prodesse ad rectam directionem voluntatis, et quantum

est ex se, illam impedire potuisset. Et hoc modo consideratus talis actus, etiam in illo, qui ei non consentit, aliquis defectus est, vel moralis, si talis actus quoad exercitium liber sit, vel physicus, et naturalis, si talis cogitatio ab extrinseco proveniat. Nam interdum defectus naturalis potest esse occasio alicujus lapsus moralis, si voluntas ei succumbat.

34. *Secundæ pars conclusionis, quod nullus alius defectus requiratur, unde probetur.—Responsio.*—Altera vero pars exclusiva quod præter hunc defectum non sit necessarius alius defectus intellectus ad peccandum, quasi per inductionem probanda est ex omnibus hactenus dictis: nam exclusimus necessitatem omnium aliorum defectuum, qui excogitari possunt. Solum objici potest, quia ille defectus positivus quem in iudicio illo pratico, et imperfecto posuimus, non potest dici ignorantia, <838> nec proprie, nec late. Cum tamen secundum Aristotelem omnis peccans sit ignorans aliquo modo: qui modus loquendi etiam ex Scriptura sumi videtur; responderi potest, primo, ignorantiam distingui in privationis per carentiam cognitionis, et pravæ dispositionis per positivum errorem. Unde omnis error est ignorantia, licet non convertatur. Juxta hanc ergo doctrinam illud iudicium practicum eo modo, quo error dicitur, etiam dici poterit ignorantia non privationis, sed pravæ dispositionis, pravæ, inquam, non formaliter, seclusa voluntate, sed radicaliter, seu occasionaliter (ut sic rem explicem). De tali ergo ignorantia possunt intelligi illa verba Aristotelis, et similia. Quæ responsio in rigore sustineri potest: est tamen creditu difficilis, quia ignorantia in genere scientiæ apponitur: et proprius error inde vocatur ignorantia, quod cognitionem alicujus veritatis excludit, quod non habet illud principium.

35. *Responsio secunda—Impugnatur primo.—Impugnatur secundo.*—Aliter responderi potest, omnem peccatorem esse ignorantem, quamvis non semper ignorantia peccet, quia non semper ignorantia est causa peccati, sed interdum est effectus; quia ipsum peccatum tenebras inducit, ac mentem a veritatis cognitione avertit. Ita loquuntur Alensis, et Henricus, et alii supra. Unde inferunt, præsertim Henricus defectum ignorantiae, ut dicit carentiam alicujus cognitionis, vel considerationis, non semper antecedere peccatum voluntatis, licet semper cum illo sit, et sæpius antecedenter, aliquando vero consequenter. Quæ responsio quoad

eam partem, qua negat propriam ignorantiam semper præcedere est consentanea superius dictis. Quoad alteram vero partem, quæ affirmat, licet inconsideratio non semper antecedit, semper comitari, aut subsequi, non caret difficultate. Nam imprimis non potest talis ignorantia sequi ex peccato, pro eodem instanti, pro quo fit peccatum, quia repugnat privari intellectum aliquo actu, quem in illo instanti habere supponitur, propter peccatum in eodem instanti commissum: alias habitus, et privatio simul essent in eodem instanti temporis; quod fieri non potest. Ergo vel in illo instanti supponitur carentia cognitionis, seu alicujus considerationis; et sic inconsideratio ordine naturæ peccatum præcedit; vel si non præcedit, non erit pro illo instanti: et consequenter saltem pro illo primo instanti, in quo peccatur, erit defectus voluntatis sine ignorantia intellectus. Deinde, si pro <col. b> illo instanti hoc admittitur, inde inferri potest, etiam pro aliquo tempore durare posse. Quia sola culpa voluntatis non habet tantam efficaciam in intellectum, ut statim, seu immediate post primum instans peccati, faciat illum ab actuali consideratione, vel judicio repugnante cessare. Imo experimento constat, actualem conscientia remorsum, ac reprehensionem perseverare in ipso actu peccati; imo interdum eo acrius urgere, quo voluntas in ipso actuali peccato diutius immoratur. Ad hanc vero replicam ex sequenti puncto patebit responsio.

36. *Responsio tertia et verior.*—Ultimo enim addi potest axioma illud, *Omnis peccans est ignorans*, sive de antecedente, sive de consequente ignorantia intelligatur, moraliter intelligendum esse, et secundum ordinarium operandi modum humanum, non metaphysice, ac de absoluta necessitate. Nam revera tanta necessitas ex nullis certis principis colligi potest, ut probatum est. Moraliter autem optima ratio illud ostendit. Primo de ignorantia consequente. Quoniam veluti naturale est, ut quando voluntas ad aliquam partem est propensa, et affecta, ad illius considerationem intellectum convertat: et consequenter a contraria consideratione illum avertat: non quidem subito repugnans iudicium prorsus auferendo, sed vel paulatim illud remittendo. Accedit quod modo postquam aliquid definite vult, naturaliter refugit omnem internam reprehensionem, quæ tristitiam, et molestiam afferre solet. Denique hoc modo multiplicatio peccatorum so-

36. *The third and truer response.*—For, lastly, one can add that the axiom ‘every sinner is ignorant’, whether it is understood with regards to antecedent or consequent ignorance, must be understood morally and according to the more ordinary human way of acting, rather than metaphysically and concerning absolute necessity. For in reality such necessity cannot be gathered from any certain principles, as was proved. But morally the best argument shows it. First, concerning consequent ignorance. Because just as it is natural that when the will has a propensity and affect to some part to the consideration of which it turns the intellect and, consequently, turns it away from a contrary consideration. . . .

let cæcitatem mentis secum afferre: quia *qualis unusquisque est; talis finis sibi esse videtur*. Secundo hæc moralis necessitas, etiam ad antecedentem ignorationem, vel inconsiderationem, vel saltem tenuem considerationem extenditur. Tum quia pluribus intentus minor est ad singula sensus: qui autem peccat, necessario cogitat de objecte peccati, et de commoditatibus ejus. Unde moraliter loquendo, vel non considerat honestatem contrarii objecti, vel remissius quam oportet. Tum etiam, quia licet fortasse non minus attente cogitet de turpitudine objecti, quam de ejus delectabilitate (hoc enim etiam moraliter, ac frequenter contingere potest) nihilominus absolute loquendo, non tantum considerat gravitatem malitiæ moralis, nec rationes omnes, quæ a tali objecto possent voluntatem avertere, quantum posset, et in tali eventu deberet. His ergo modis ante omne peccatum antecedit aliquis defeclus intellectus ad ignorantiam, vel inconsideratio- <839> nem pertinens secundum ordinarium modum peccandi: et hoc satis est, ut moraliter etiam loquendo verum sit axioma illud: Omnis peccans est ignorans.

1 Latin text is from Vivès edition.